Quelle: http://manuscripta.at/?ID=537
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

li 3 c 6 // Letam reddit faciem pu
blicam honorata frequencia //
10 c // Nobilissimi ciuis est patrie
sue augmenta cogitare // 19 c
Fructuosus esse debet publicus
labor // li x c 30 // Decet quidem tan
to patrie sue augmenta cogitare
sed eos maxime quos res pub
lica summis honoribus obligauit
// li 1 c 2 // Dum tempus praeteriit pro
lixum querit approbria non vi
tant // li 4 c 31 utilitatem pub
licam diuturna non conuenit lu
dificatione differri // li 6 c 11 Constat
felicem esse rem publicam que
multis ciuibus resplendet ornata
// li 8 c 30 // Ciuis autem non habet
qui verbis sue patrie non tenetur //
li 10 c 1 // Quorum patriam impe
trare possunt qui suis ciuilibus dis
plicere meruerunt // li 10 c 6 // Ne
cessarium probatur esse rei publice
personas dignitatibus esse aptas
li 12 et fi c 1 Ad utilitates pub
licas esto sollicitus in iuncta mo
rali compulsione propria .

De Populo Rubrica 2

Ocrates in exhortacionibus
c 1 // Consulentem in de
mocrathia oportet decipere
populum :

Aristotiles rethor li 3 et fi c 12 // Quan
to fuerit maior populus tanto
remotus intellectus // Idem politi
corum li 6 c 3 // Optimus populus
e quo terre cultiuus est .
Tulius rethor artis noue li 6 c 11
Noli sacrare populi frequencia tutus
esse multi iacet grati // Idem philo
sophicorum li 2 // Caritate et beniuolencia
ciuium septum oportet esse non armis
// Idem tusculanarum questionum li 2 //
philosophia paucis est contenta iudicibus
multitudinem consulto ipsa fugiens
ei quoque ipsi et suspecta est et inuisa
est
Quintilianus declam 10 declam . non
habet ulla turba peccata singulorum
sive quod minus capimus affectus
sive negligencior est qui se non
putat soluere debere racionem et mul
ta fiducia facimus omnes
Seneca tragediarum in octauia c x
vis magna populi est // c 19 et fi //
Crudelis multus populi diuusque
fauor qui cum flatu uela secundo ratis
impleuit // Vexitque procul languidos
idem deserit alto veneque mali
Idem epistolarum ad lucillum li x
c 8 et fi // Numquam volui populo pla
cere // nam quod ego scio non probat